Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Alii eidem abedendo quidā supsisse nomen existimant dan
tes exemplū de plauto si uocasse uos inde ad pranduū.
Aula hinc ꝯ edificiū eo qd fuerit pus adedendū factū. Aula domus
ē regia siue spaciosū habitaculū porticib; q. iiii. conclusū.
Atriū magna edes est. siue amplior & spaciosa domus. & dictu
ē atriū eo qd addantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atriū
quasi a igne ꝯ ligno atriū dixerūt. Atriū enim fit ex fumo.
Palatiū a pallante principe archadū dictū. in cui honore
archades pallanteū oppidū construxerūt. & regiā in ipsius
nomine conditā palatiū uocauerūt. Thalamū hac ercau
sa uocatū fertur. Cum enim rapte fuissent a romanis sabine.
ex quib; cū una ante alias nobilis cū admiratione mag
na omniū raperetur. thalamoni ducī eā oraculo responsū
ē dari. & qm hę nuptię felicē cesserant. institutū est
ut in omnib; nuptiis thalami nomen uteretur. Egyptii quoq;
lingua sua loca in quib; nubentes succedunt & incu
bant thalamū nominant. Cenaculū dictū a cōmunione
uescendi. unde & cenobiū congregatio. Antiqui enim
publice ꝯ incōmune uescebantur. nec ullus suum
singulare erat. ne in occulto delicię luxuriā gignerent.
Triclinium ē cenaculū atrib; lectulis discumbentium
dictū. Apd uetes enim in loco ubi conuiuii apparatus ex
ponebatur tres lectuli strati erant. in quib; discum
bentes epulabantur. Clinon enim gre lectū ut accubitus
dr. ex quo ēfectū ē ut triclinium diceretur. Cella dicta qd
nos occultat & celat. Cubiculū ū qd in eo cubamus.
ibiq; dormientes requescamus. Cubile aut cubandi locus
ē. Secessus qd sit locus secretus. i. sine accessu. Diuerso
riū dictū eo qd ex diuisis uiis conueniat ibi. Hospicū

Aula
Atriū
Palatiū
Thalam.
Cenaculū.
Triclinīū.
Cella
Cubiculū.
Cubile.
Secessus.
Diuersoriū.
Hospicū